

Mr. Zwingli  
Apologia.

(Tiguri, 1523.)



80 Rev





HVLDRYCHI  
ZVINGLII DE CANONE MIS  
sæ libelli Apologia, ad Theobal  
dum Geroldseggium  
Eremi Suitensium  
administrato  
rem.



1523



22

22,4521





OGIT ME INCONSULTA in  
dulgentia, ut quidam putant, quę ta  
men inconsulta non fuit, quēadmo<sup>dum</sup> manifeste intelliges uir celeber  
rime, tā mature ac ferē in ipso nixu,  
hanc Apologiam datī ad te canonis  
scribere. Sūt enim qui uereantur ne  
quidam nominī nostro addictiores,  
eis, quę nos infirmis pia quadam in  
dulgentia donauimus, peruicacius hereant: quę tamen nisi  
prorsus aboleātur, priscam sint abominationem uelut post  
liminio reductura. Ex his inter prima ponūt uestium orna<sup>tum</sup>, cuius tamen ipsi longe alias causas prodūt, q; nos unq;  
agnouerimus, qui in ea semper opinione fuimus, qd'uestiū  
uifus harum (quas Christus tulit) contumeliarū, esset adum  
bratio, ut uelum quo nos caput obnubimus, similitudo es  
set eius ac expressio q Christus in Caiphē domo uelatus per  
tulit, et reliqua, quę nunc pr̄eterire breuitatis studium iubet.  
Hic inquiunt, umbræ omnes pr̄eterierunt, unde qui eis locū  
dat, quid alitd facit q; in Christo renatos Iudaicare? Si eas  
uestes in quibus Eucharistiam proditrix auaricia hactenus  
uenundedit, serues: quid aliud q Christi plebem hāc simplis  
cem rursus ut oblationem esse credat, inducis? Adhęc nos  
in hunc modum respondemus. Recte sane, nam & ego no  
līm hunc uelatū Mosen redire, posteaq; hilaris apertāq; Chri  
sti facies adparuit, & quis hic nō nihil causari possem de ho  
rum discrimine, quę futurorum umbra erāt, & eorum quæ  
preteritorum memoria. Missis tamen his omnibus ingenue  
cedo, uestes eas prorsus omittendas esse quibus hactenus u  
si sumus, modo sine discrimine id fieri queat. Si uero pericu  
li quid imineat, adsumantur prius qui infirmi sunt, clareq;  
doceantur quid uestes ad rem fecerint, quidq; nisi omittan  
tur, sequi festinet. Ipsi enim (ut uerum fateamur) dū hęc de  
uestibus scripturi expenderemus, uehementē pertesi eramus  
uestes infirmis permittere. Sed ne nihil donaremus, eas tum

concessimus, quas nunc anxie omittendas censemus, dū in  
anibus ceremonijs fenestram diduci sentimus. Oramusq;  
cunctos in Christo fratres, ne nostro nomini quicq; tribuāt,  
sed omnia ad libram uerbi cœlestis expendant, cui si dissimili  
milia offenderint, reijciant. Nam in ecclesia dei edificare o  
mnino statutum est opus, quod irruente igne mansurum sit  
eiusq; uim contemptu, tale autem esse nullum potest, qd qd  
super fundamentum quod Christus est, excitatur; qui & Pro  
phetarum & Apostolorum edificium sustinet.

Secundo, uerentur ne perisse cantiones, puta, Introitus <sup>m</sup>  
Gloria in excelsis deo, reliquęq; ueluti remorę quędam, pu  
re nascentem Christianismum detineant, in posterumq; cere  
monijs p̄dām faciant. Ad quod ferè idē qd prius dicimus,  
q̄ui hic nō sit tam anxie festinandum, modo sine intermis  
sione incedamus, sicut in uestium antiquatione, si ea solum  
modo cantemus quę ex sacris sunt literis prodita. Protinus  
tamen Epistolam uelim Euangeliūq; ea lingua legi quæ  
uulgo intelligitur, ac si fieri à principio potest, succedat can  
tui quoq; uerbi dei enarratio, sin minus, ferendę sunt aliquā  
diu suaves istę luscinię quę à cantu temperare nequeūt, mō  
cœlestia unice modulentur, donec uerbo dei omnia perrum  
pere possimus. Quod sic ubi carminum tumultum, etiā Pro  
phetę quondam infestum, Amos. 5. inter initia deserere citra  
turbam datur, mittatur, nam quicqd hic dictum à nobis est,  
pter imbecilles dictū est, quemadmodū non uno loco testa  
ti sumus, paci enim studemus sed Christianę, infirmis seruī  
uimus, sed eis quos spes est cōualituros, importunitati quoq;  
rundam cedimus, sed tantopere donec incōsulti frangantur  
imperius. Nec enim ignoramus Pauli ad Ephes. 5. & Coloss.  
3. uerba de psallendo canendoq; in cordibus, nihil auxiliū fer  
re his qui cigneos cantus suos eis tuentur. In cordibus enim  
inquit, non uocibus. Sic igitur psalmi laudesq; dei tractandi  
sunt ut mentes nostrę deo canant, neq; hic Latinis tantum lo  
quendum est aut Gr̄ecis (Christus enim nec Scytha est, nec  
Achius) sed omnibus qui nomen dederunt Christo. Faces

A ii

sat igitur quanto cyus fieri potest, è templis hoc barbarum  
murmur, quod ne hi quidem intelligunt, qui se hoc nomine  
uenditant. Nihil enī pudebit eam linguam barbarā adpela-  
lare, quam uulgaris non intelligit, qum Paulus aliena uerba  
ambitiose detonantem barbarum uocet, modo ad edificatio-  
nem omnia siant, non ad destructioenm, aut ruinam.

Postremo, precationes eas quas ante Christi actionem pos-  
suimus, ita exibilant, ut lēse maiestatis propemodū insimul-  
lent, q̄ eas huc inducere simus ausi. Huiuscq; iudicij sui caus-  
am reddunt, q̄ Christus orationem nullam prēmiserit. sitq;  
peccatum quicquid Deus ipse nec uerbo nec facto docuerit.  
Hic equos iudices adpello, si hac in re quicq; peccauit, emen-  
dabo: Si contra, equum erit istos clamori parcere, qui inaudi-  
ta causa pronunciarunt, sententiamq; mutare. Primo itaq;  
admoneo ut diligenter considerent, quoties tandem in nos-  
stro de canone missę libello cauerimus, ne quisq; hic legem  
sibi prescriptam esse putet, cūq; id crebrus inuenient, agno-  
scant iniuria se tam repente ad calumniādum prosiliisse, pre-  
fertim cum omnem prēcipiendi suspicionem his duabus ra-  
tionibus potissimum represserimus, q̄ eo loco non simus q̄  
prēcipere liceat. Nos enī quid sumus: et quod omnis opera  
nostra in dicto libello huc tendit, ut quisq; uideat sibi licere  
precari iuxta cœlestis sp̄iritus adspirationem, neminē enim  
huc accessurum arbitror, qui nō prius mentem anxie perlus-  
stret, quanta sit in ea fides, quāta inueniendē alimonię spes,  
quantus deniq; cum filio dei animę sp̄ōso, coniungendi ar-  
dor. Hanc animi siue meditationē, siue deliberationē, nos  
aliud esse nō putamus q̄ orationē, cumq; alij hanc in sinu ef-  
fundant, nos ne imbecillibus uspiam deessemus, palām id fe-  
cimus. At dicūt isti: Maiores opus est fide, q̄ ut oratione spe-  
remus aliquid confici posse. Idem ego sentio, neq; enim ex  
dictis nostris expiscari posse arbitror, quod hac in re quicq;  
humanę actioni tribuam, quamuis eam fidem quā hic exigi-  
tis, iam inde ab exordio creationis petita materia excitare co-  
nemur, non enim equa est omnium fides, & hę orationes qd

aliud sunt q̄b̄ fidei stimuli: Qd̄ si qui sua sponte currunt, cursant, precor amplius. ac nos cum imbecillibus anteuertant, lucentur calcaria, non inuidemus, nos interim languidores ad eam mensuram extimulabimus quam isti iā tenent. Peccatum autem esse quicquid deus nec uerbo nec facto dōs cuerit, facile admisero, nam ut solus bonus est, ita bonum ab alio q̄b̄ ab eo pficiisci nequit. Verē, Quid quesō à nobis per uniuersas! quatuor orationes istas dictum est, quod à uerbis sacrī alienum sit: cupiam unicum iota ostendi qd̄ non sit ex cœlesti thesauro depromptum, quāq̄ alijs uerbis, quo omnia sierent tum planiora tum magis obuia. Sed reclamant, Esto nihil a uerbo dei alienum dixeris, aductamen isto loco orationi nihil debuit, q̄b̄ oratio dominica, & hoc quod tu oratione tentas, nempe fidem infirmorum excitare: uerbi dei prædicatione fieri oportebat. Ad hęc sic respondemus: Ego à uobis discere cupio, ubi deus præceperit preter orationem dominicam nihil orandum esse. Nonne Mōsi, Isaie, Manassī, Dauid alijsq; prolixas orationes licuit effundere? Noñne Paulus oravit ut colaphi humilitatis custodes à se auferrentur? Et Christus ipse calicem passionis deprecatus est: qui omnium pesterē copiam fecit, cum diceret: Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Modo ea petamus quę illi dare indecorum non sit, nam & Apostoli aliquando precati sunt ut eis fidem augeret, quod ipsum in oratione dominica (ut arbitror) non continetur. Quod ad prædicationem adtinet, ites rum uobiscum sentio, uerum quanti refert, siue orationem adpelles q̄ in eum solūmodo usum profers ut mētes excites, siue prædicationem dūmodo idem intendas: Et ut non nihil in uos regeram, Vnde sacrarū literarū, pbabītis sermonē āte ire synaxim oportere: Qd̄ si factum Christi attuleritis, coges mini post esum corporis & sanguinis, sermonem habendū esse concedere, nam Christus hūc prolixum sermonem (quę Ioannes scripsit) post corporis sanguinisq; sui conuiuium habuit. Verum ne cuiq; occasionem contendēdi prebeam, paucis expediam quid de hac controuersia sentiendum sit.

A iii

Sicut nullis sumus circumscriptiōnibus aut circumstantijs alligati, sic neq; eis quę cīcumstātias comitantur, rebus. Sequitur autem persone cīcumstantiā ordo, ut igitur per Christum ab omni sumus persona liberati, ita & ab ordine qui psonam comitatur. Non Hercle ita ab ordine ut eum non debemus in actionib; cunctis seruare, sed q; ordo in nostra potestate sit quemadmodū & persona, locus & tempus, que nunc testimonij probare non est locus. Cuius igitur, tum priuato, tū ecclesię, integrum est, uel multis uel paucis orare, Quis enim uetabit ne tu noctes totas ad hanc mensam accessurus in meditatione sacrarum literarum teras: aut ne q; breuiissimis totius ecclesię deuotionem excites, conceptisq; uerbis, que tamen aliud non resipiant q; dei uerbum cunctorū mētes expies. Nā cū Christus mādaret discipulis ut primū in ciuitates ingressi, opportunos hospites quererent, non ita ad ordinem propterea qd; primum, dixit alligauit, ut si se prius occasio docendi obtulisset, non eam protinus arriperent. Sic & hic uidemus nos nullo Christi precepto ad hunc uel illum ordinem alligatos esse. Christus à cena corpus & sanguinem suū prebuit. Paulus rescindit cenā & iubet domi edere. Christus in cenaculo prebuit hūc cibum. Paulus in templo nimis rūm frequenti ecclesię. Christus completo conuiuio docuit, nos ante docemus. Cur igitur non liceat in locum cęne orationes subrogare, atq; hoc (ut diximus) p arbitrio cuiusuis uel priuati uel ecclesię, salua tamen semper integrāq; Christi actione, cui uis nulla facienda est, queq; rursus circumscriptiōi nulli addicta est. Si usus exigit, omitti possunt & sermo & oratio, cena & ieinium, sed non possunt omitti sacra uerba. Cum uero ad tam admiranda mysteria nō quęvis mens intrepide accedat, arbitrati sumus, haud contemnendum oportē preciū facturos, si trementes oratione ad Christi regulā exacta, animaremus, q; uti, ut cuiq; liberum est, ita & negligere. Nihil igitur cause reliquū esse puto, cur merito queri possint has orationes à nobis esse editas. Nā si Christo consone sunt, ac ipsi ab ordine solū abhorrent, omittat, si cōtra alienę à

Christo sunt , ostendant hoc & quicquid peccatum est, scri-  
ptis refellant. Nūq̄ enim hoc è manibus eripient, ut non lice-  
at, sicut Paulus orandi quoq; copiam in omni loco fecit, sic  
ante omnem actionem quantumcūq; & quibus uerbis uo-  
les, modo à Christo non alienis, orare . Cum igitur hāc in re  
quod ad orationes adtinet peccasse conuinci, nō possimus.  
obsecro cunctos qui Christi sunt, ut diligenter caueant ne se  
spiritū contentionis & dissensionis artib; suis circūuenire  
patiātur, in pace enī uocauit nos deus, crebrōq; uolutent qd̄  
scientia inflat, sed caritas edificat. Et q; in sapiēdo quoq; mo-  
dus seruādus est, ne scilicet sapiamus plus q; oportet, sed ad  
sobrietatem. Lubens ac uolens hanc satissaciunculā tumul-  
tuarie effudi, maxime ut omnibus manifestum facerem, ni  
hil me uestium hypocrisi tribuere , necq; probare barbarum,  
hoc est, ignotum in ecclesijs , etiam sacrarum literarū, cantū,  
ne nostra indulgentia quisq; quereretur tandem se deceptū  
esse . Perstrinximus obiter interī eos quoq; qui nodum (qd̄  
dicitur) in scirpo querūt, uitio uertētes, quod iure uerti huc  
non potest, pr̄sertim qum omnia exceptionibus necessarijs  
probe uallauerimus. Quę omnia, obsecro ut omnes

boni consulant, & hoc unum agant, ut Christi  
gloria , nō nostra amplietur. Seruet  
ecclesiam suam Christus. Et  
tu quoq; Theobalde frater  
in Christo colende  
uale

ex Tiguro. 9, die Octobris. M,D. XXIII.







Yf 4360

(X 2210951)

No 311

m





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



HVLDRYCHI  
ZVINGLII DE CANONE MIS  
ſæ libelli Apologia, ad Theobal  
dum Geroldseggium  
Eremi Suitensium  
administrato  
rem.



1523



22,4521

